

& onerati estis, & ego reficiam vos.

2181 Sic loquentem Deum Isaias cum audisset, ac praevidisset Christum in Cruce platum, & lancea latus ejus perfossum, exclamabat c. 51. 1. Attendite ad petram, unde excisi estis, & ad cavernam laci, de qua praevisi estis. LXX. vertunt: Inspicite in solidam petram, quam excidistis; & in foveam laci, quam fodistis. De Christo salvatore explicat S. Hieron. Hujus enim latus lancea perfoderunt; hujus foderunt manus & pedes. Profecto mirè sibi consonant Vulgatus & LXX. Vulgatus, juxta Hebr. phrasim familias vocantium domos, & filios Lapides ex Parentibus, quasi ex lapidicina, excisos; ostendit Christianos à Christo vitalem ducere originem. LXX. verò indignant Christi latus lancea transfixum & apertum, quasi vitæ offitium, per quod patet omnibus accessus, & ingressus ad divinum cor, unde spiraculum vitæ, unde vita gratiæ, unde non casuræ vitæ halitus. Redite praevaricatores ad cor, attendite ad cavernam laci, de qua praevisi estis: inspicite in foveam lateris, quam fodistis, id est, propter vos perfossa est. Ecce Crucifixi inclinatum caput, quasi index, viam demonstrat, quæ ituri, & redituri estis ad præcipuam vitæ causam & originem. Venite ad me.

Isai. 51. 1. Ad Christi apertum latus redimus. S. Hieron.

Omnes ad se vocat. Zach. 9. 1.

Onus est Evangelii prædicatio, & doctrina.

Chaldæ.

Dei quies convorsus peccator.

Pf. 68. 4. Jere. 15. 6.

Dens aqua. Liber omnes respicit.

2182 Omnes vocat: Venite ad me omnes; quantumvis inimici, quantumvis rei, quantumvis ingrati. Audio Zachariam sic vaticinantem c. 9. 1. Onus verbi Domini in terra Hadrach, & Damasci requiesit ejus, quia Domini est oculus hominis, & omnium tribuum Israel. Emath quoque, & Tyrus, & Sidon. Onus vocat ex Hieron. & aliorum mente, Evangelii prædicationem terribilem adversus idololatriam & vitia omnia. Onus est, & si leve, & jugum, etsi suave. Per Hadrach, quæ urbs est Judæorum, & per Damascum Gentilium civitatem, universas mundi urbes, & nationes ad Christum convertendas, multi exponunt. Quod spectat Chaldæ. efferens: Damascus convertitur, ut sit pavimentum domus divinitatis. Emath quoque convertitur, ut sit de terra domus majestatis ejus, & Tyrus & Sidon. Sed quid sibi vult, quod Damasc. Tyrus, & Sidon futuræ sint requies Domini vel requies ejus? Numquid infatigabilis Deus, labore multo fatigaverat se? Ita planè, ea ratione, qua ipse offendit Pf. 68. 4. Laboravi clamans. Chald. lassatus sum vociferando. Et Jer. 15. 6. Laboravi rogans. Tigur. fatigatus sum rogans. Ex Hebr. vertas: Laboravi panitere, id est, laboravi invitans; vocans, rogans, ut præniteres, teque converteres. Quasi Deus in peccatoribus ad eum conversis animum relaxet, confirmet vires, placidè obdormiat & quiescat. ô rem mirabilem! ô vide, quam anxie exoptet Deus omnium salutem. Et preme causam à Vate exhibitam: Quia Domini est oculus hominis. Mont. legit: quia Domini est intuitus vel oculus Adam: id est, sicut Adam omnes homines respicit, uti omnium caput & Pater, ita Christus, novus Adamus, novus homo de cælo cælestis universos spectat filios Adæ. Unde LXX. vertunt: Quia Dominus respicit homines, & omnes tribus Israel. Ubi Hier. Equaliter cunctos homines respicit, & universas tribus Israel; absque acceptione ulla respicit personarum. Omnes ad se vocat, omnes invitat, omnium procurat salutem, patet omnibus divini pectoris ostium, nulli, vel inimicissimo, vel obduratissimo clauditur.

Venite ergo omnes; properate ad hoc principium, à quo tam multa in nos decora, & ornamenta, emolumenta redundant.

SECTIO VII.

A Jesu crucifixo, & sub Eucharisticis speciebus delitescente omnis gratiæ, & gloriæ suavitas plusquam mellea.

2183 Nil dulcius melle, nihil mellito favo suavius. Et melli, & mellito favo confertur & præfertur divinæ gratiæ, & gloriæ dulcedo: Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & favum. A melle & favo sumpta metaphora mihi ostendit, melleam gratiam & gloriam non nisi à Christo crucifixo, & in Euchar. ad delicias nostras condito profluere. Sat in hujus rei confirmationem illa Christi verba purpureo exarata Davidis calamo Pf. 117. 12. Circumdederunt me sicut apes favum. De Judæis interpretantur, qui quasi apes Christum Dominum in passione, & crucis morte vehementer divexarunt, pupugerunt, confixerunt. Sic mellificaverunt non sibi, sed nobis gratiæ & gloriæ dulcedinem. Audi Aug. Ipsum Dominum caput Ecclesiæ rectè accipimus circumdatum à persecutoribus, sicut circumdam apes favum. Quid enim ab ignorantibus gestum sit, mystica subtilitate Spiritus S. loquitur. Mel quippe apes operantur in favis: nescientes autem persecutores Domini fecerunt eum nobis in passionem dulciorem, ut gustemus, & videamus quæ suavis est Dominus, qui mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter justificationem nostram. Quid dulcius? Mellita peccatorum expiatio, mellea justificatio per dona gratiæ jucundissima à Christo crucifixo, uti à favo elaborato, distillantur, fluunt. Preme, & regurgita ea Aug. verba: Fecerunt eum nobis in passione dulciorem. Etenim dulcis erat Deus, antequam Crucis mortem subiret; ex propria enim natura id habet; & sicut propria & innata illi est bonitas, ita & dulcedo; unde ad Rom. 2. 4. divitias bonitatis ejus, Paulus dixit, Syriacè, dulcedinis. Et David Pf. 24. 8. Dulcis & rectus Dominus. Hier. legit; bonus, & rectus. Hunc dulcissimum Deum peccatis suis amarificavit homo, juxta illud Osee 14. 1. Ad amaritudinem concitavi Deum suum: quod S. Hier. vertit ex Symmac. Dulcissimum Deum in amaritudinem vertit; ex Patre in Judicem, ex mellito in felleum. Dulcis adhuc erat, sed dulcedinem, & suavitatem suam in populum dumtaxat Israeliticum stillabat, ut Sap. 16. 21. dicitur: Substantia tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat. Ubi verò hominem sibi induit, & Crucis tormenta pertulit, dulcor factus est, non uni populo, sed universis mundi nationibus, ad omnes profluit cælestis gratiæ mel. Vel favus in cruce, in quo tot patent cellulæ cereæ, quot vulnera, à quibus melleus cruor mellitaque totius mundi salus scaturit.

Pf. 117. 12.

Christus crucifixus in flavo mellis.

S. August.

Christus nobis in passione dulcor.

Rom. 2. 4.

Pf. 24. 8.

Ose 14. 1. S. Hieron.

Sap. 16. 21.

Deut. 32. 13. Pf. 80. 17.

2184 Huc advoco duram illam rupem ex bina Mosaicæ virgæ percussione melle manantem. Deut. 32. 13. Constituit eum super excelsum petram, ut sugeret mel de petra. Et Pf. 80. 17. De petra melle saturavit eos. Ast de qua petra? Narratio extat Nu. 20. 11. & Deut. 8. 15. Et licet hæc verba non sint grammaticè accipienda, suadent illa tamen, aquas ex bino virgæ

virgæ attactu largiter excussas, fuisse utique dulcissimas, & jucundissimas. Unde S. Basil. in Pf. 80. In solidine jucundissimam illis aquam ex petra produxerat, quam sitientes mellis instar dulcem esse arbitrabantur. Certè petra illa petram aliam portendebat melleam omnino, in mellitas aquas longè dulciores solvendâ; Christum nempe, ut Paulus demonstrat 1. Cor. 10. 4. Petra autem erat Christus, & quidem crucifixus: ut enim Macharius Philadelphensis Archiep. de exalta. Crucis apud Gretserum, virga autem erat Crux. Unde bina illa percussio ad Christum crucifixum spectabat flagellis, spinis, clavisque percussum; ut observat S. August. tract. 26. in Joannem, & Ser. 93. de tempore, Severianus orat. 4. in S. Crucem, Theophanes Cerameus Orat. in Exalt. Crucis. Subinde jam aqua illæ melle dulciores, sunt planè copiosissima gratiarum fluenta jucundissima, dulcissima à Crucifixo Jesu largiter ad nos profuentia. Percussus Christus in Cruce (ait Aug. ser. illo 93.) novi testamenti fontes eduxit: necesse erat ut ille percuteretur: nisi enim percussus fuisset, & sacro ipsius latere sanguis, & aqua manasset, universus mundus sitim patiens interisset. Verè petra Christus virgis millies percussus dulcissima gratiæ, & gloriæ mella distillat: ex plagis ejus multis multi nectarei, ac mellei exundant fructus ad hominum vitam perennandam.

S. Basil.

Christus vulneratus est petra mellita.

1. Cor. 10. 4. Machari.

Ab illo gratiarum fluenta dulcissima. S. August.

Pf. 38. 8.

Orige.

Substantia hominis sunt spiritualia dona ex Dei substantia dulcissima.

S. Nazian.

Et ex Christi latere mellitissimo.

Marc. 15. 37.

Matth. 27. 50.

Favus in ore Leonis. Judic. 14.

2185 Opportunè David canebat Pf. 38. 8. Substantia mea apud te est. Ex Græco legas cū Origene: à te est. Quæ hæc substantia? Et quo pacto à Deo est? Aperit idem Adamantius: Si habeo substantiam spiritualium divitiarum, à Deo est; insufflavit enim Dominus in faciem hominis spiraculum vitæ, & factus est in animam viventem. Sentit perspicue, unâ cum anima rationali infusam homini fuisse divinam gratiam, ac reliqua supernaturalia dona; quæ sunt præcipua hominis substantia, & formalis quædam participatio divinæ substantiæ, de qua Nazianzenus Deum loquentem inducens orat. 49. ad locum sapientiæ nuper relatum: Substantia mea, dulcedo mea est. Hanc à Deo in homines dulcedinem non nisi à Christo crucifixo dixerim profluxisse: cum non nisi per illum Dei inspirationem sive halitum fuerit communicata. Atqui ubi vulgatus legit: inspiravit, Hebraicè est napach, quod significat etiam respirare, sive animam emittere: & ut Olearius observat, flatum emittere, sive dum quis vivit, sive dum quis moritur. Igitur divinum Verbum tunc humanam effigiem præ se ferens, imò umbratili quadam crucifixi specie indutum, flatum emittit ut vivens, & flatum emittit ut moriens: inspiravit, & exspiravit, seu emisit spiritum, quasi jam è cruce pendens. Utique ut præmonstraret, substantiam spiritualium divitiarum, quæ est veluti stilla quædam dulcissimæ substantiæ divinæ, non nisi ab ipso in Cruce divexato, vulnerato, & mortuo distillari, & profuere. Sic spiritus ejus super mel dulcis, sic hæreditas ejus super mel & favum.

Christus in Cruce mortuus præsignabatur; juxta illud Jacobi vaticinium Genes. 49. 9. Cætilus leonis Juda: ad prædam filii mei ascendisti, requiescens accubisti ut Leo. In hujus Leonis ore favus mellis elaboratus reperitur abundè distillans gratiæ & gloriæ dulcedinem. Et cum in Christo crucifixo tot sint ora, quot vulnera; totus ipse mellitus favus est, & quasi foraminata & cancellata cera mel continens & profundens. Quod facit Tigurinæ translatio: Et ecce examen apum in corpore Leonis, & mel cum cera. Est hæc Augustini interpretatio Ser. 107. de tempore: De comedente utique, id est, de morte, quæ cuncta devorat, atque consumit, exivit cibus ille, qui dixit: Ego sum panis vivus, &c. quem humana exacerbavit iniquitas, eique aceti, & fellis amaritudinem propinavit, atque ab eo plebs gentium vitæ dulcedinem conversa suscepit. Consonat Lyranus in Glossa ita splendide: Per Leonem laceratum potest intelligi corpus Christi flagellis, & clavibus platum: quod ipsemet per Samsonem figuratus laceravit, in quantum ad passionem voluntariè se obtulit. Et de ejus corpore mortuo exivit sanguis & aqua, ex quibus virtutem habent Ecclesiæ Sacramenta, inter quæ (attende his pro proximè dicendis de altaris mysterio) principale est Eucharistiæ Sacramentum, in quo hætenus dulcissimus cibus. Vides, à Christo crucifixo purissimas gratiæ dulcedines plusquam melleas emanare?

Christus Leo in Cruce mortuus, inde favus gratiarum. Gen. 49. 9.

Tigurina. S. Aug.

Lyranus.

Pf. 35. 9.

Gratiæ dulcedo & torrens voluptatis à Christo plagato disto plagato.

Job 20. 17. Helych.

Apoc. 22. 1.

Spiritus S. torrens gratiarum ab Agno vulnerato.

2187 Hic rufus suam pulset lyram Regius Cantor Pfalm. 35. 9. Inebriantur ab ubertate domus tue, & torrens voluptatis tua potabis eos. De gloriæ deliciis hæc multi explicant; Helychius verò id non negat, sed addit, & illas, & gratiæ etiam dulcedines à Christo plagato & crucifixo emanare. Favet contextus: nam versu proximè antelapso disto plagato: Filii hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. Quod Arnobius interpretatur de expansione manuum Christi in Cruce fixarum. A Christo igitur passo, qui in Cruce est ad instar foraminatæ & cancellatæ domus mellita gratiæ & gloriæ ubertas, ac deliciarum torrens, seu torrens mellis, ut aiebat Job, copiosè in filios Ecclesiæ emanant. Accipe Helychii verba in Cat. Græca. Domus Dei corpus ejus est. Ubertas sanguis & aqua, quæ è latere ejus sunt, ex qua fideles omnes salutari ebrietate inebriati sunt. Torrens enim voluptatis fuere Christi pæne.

2188 Nec fallar, si hoc illud esse dixerim, quod intuitus Joannes est Apoc. 22. 1. ubi ex multorum mente de felicissimo militantis Ecclesiæ statu sermo est. Et ostendit mihi fluvium aquæ vitæ splendidum tanquam crystallinum procedentem de sede Dei, & Agni. Agni utique, quem se vidisse testatur, statem tanquam occisum. Græcè, mactatum, sacrificatum, immolatum; quod de Christo in Cruce vulnerato, & vulnerum signa post resurrectionem retinente, multi capiunt. A Christi ergo crucifixi throno, id est à Cruce, è qua ipse totus pendet plagatus, fluvius aquæ vitæ crystallinus abundè profluit, hoc est, Spiritus sancti gratia laticians civitatem sanctam, ut explicat S. Thomas. Hæc illa est S. Thomæ ubertas domus, torrens voluptatis, imò & torrens mellis: Spiritus sancti gratia. Ut enim eleganter S. Cyrillus lib. 23. Thefaur. c. 3. Qui mel gustatum; ex qualitate propria

pria ipsius sciverunt, quia mel dulce est. Sic & Spiritus sancti particeps Jesum agnosci Dominum esse. Ex substantia Filii Spiritus sanctus est, & quasi Dei ipsius qualitas ex ipso est. Pendere verba, & deduces, Spiritus sancti participationem (quae fit per gratiam, aliaque supernaturalia dona) mellis suavitati & dulcedini conferri; indeque in ipsius Christi agnitionem facile deveniri, ut qui sit mellitus tantae hujus dulcedinis favus, in cruce elaboratus, & e Cruce mel distillans, & uberem effundens torrentes mellis.

De Eucharistiae dulcedine.

2189 **H**Aud dubium, quin omnia Ecclesiastica verba, quae elucidamus, Eucharistico mysterio elucidando perbellè deserviant. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, vel omnes cupidi mei. Accessuris ad Eucharistiae mensam, esuriam petit interioris hominis, eximium quoddam ejus potiendi desiderium, ut in illustratione morali expendemus. Sic accedentes a generationibus Christi adimplebuntur, Graecè, a fructibus, a preventibus meis saturamini: voluptatem capietis. Generationes verò, fructus, preventusque Christi sub Eucharistia delitescunt, sunt quidem omnia gratiae dona, omnes aeternae gloriae deliciae; quae omnem suam dulcedinem trahunt ab hoc Altaris mysterio. Propterea subtextit: Spiritus enim meus super mel dulcis: & haereditas mea super mel, & favum.

Eucharistia Spiritus gratia. S. Chry.

Cant. 1. 1. Eucharistia osculum Christi, per quod Spiritus osculantis transfunditur. S. Ambr.

Haereditas Christi mellita, Eucharistia, unde aeterna gloriae delicia. Pf. 15. 5.

est mihi. Ubi pars haereditatis, & calicis, perinde est, atque pars haereditaria & calicea: haereditas tota est, & totus calix; tota portio esculenta & poculenta, sive cibus & potus, ut sapienter probat ibi noster Lorinus. Sic etiam Paulus ad Coloss. 1. 12. Beatitudinem appellavit partem sortis Sanctorum. Porro per caliceam partem, in qua cibum potumque habemus, Eucharisticus Dominici corporis & sanguinis calix datur intelligi, cui omnino adfociatur pars aeternae gloriae haereditaria, sive tota beatitudinis haereditas: ut quae a poculo illo ad nos descendat. Quod dictum existimo, cum allusione ad morem celebrandi olim haereditatis pactum epulo, poculique communicatione. Unde Christus apud Joan. 6. 54. Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam. Scilicet, in ipse certissima, & pignore jam possesso, & pacto inito aeternae haereditatis. Subdit Psalter: Tu es, qui restitues haereditatem meam mihi. Caelestem haereditatem subripuit nobis Daemon per pomi esum; illam nobis Christus restituit per divinisimum corporis & sanguinis sui epulum. Quod verò addit: Funes ceciderunt mihi in praclaris. Graecè est, & Tigurina legit: Funiculi mensorii, cum intuitu ad funiculos, quibus haereditatis portiones fiebant, de quo Psalm. 77. vers. 54. Deut. 32. vers. 9. Certè non fallat, si funiculos hocce ipsam dixerim esse almam Eucharistiam, per quam aeterna gloriae haereditas nobis obtingit. Nonne hoc illud est, quod Oseas praedixit capite undecimo, vers. sexto? In funiculis Adam traham eos. Nam funiculus Adam, interprete Rufino, Eucharisticae dapes sunt: inde subtextit Vates: & declinavi ad eum, ut vesceretur. Chaldaeus; multa eis supeditavi bona, quibus vescerentur. S. Hieronymus explicat: Dedit eis esum corporis sui. Quidam ex Magistris Hebraeorum apud Castrum nostrum vertit; comedere faciam, de futuro. Ecce funiculos mensorios, qui nobis ceciderunt in praclaris, vel, ut Chaldaeus legit, in dulcedine; & splendidissimum Eucharisticae convivium melle, favoque mellito longè dulcius: per quod aeternae haereditatis fit partitio, & nobis datur possessio. Ideo concludit Psalmus: Etenim haereditas mea praclara est mihi: dulcissima, jucundissima.

Col. 1. 12

Joan. 6. 54

Funiculus mensorius Eucharistia.

Ose. 11. 6.

Canti 5. 2.

Ab Eucharistia omnis gratia dulcedo eliquatur, & effluit.

Canna mellita Eucharistia Galenus.

2191 **T**hesim illustremus ex Cantico Cantorum, unde verba stuant melle dulciora. In primis cap. quinto, vers. secundo, divinus Sponsus, Comedi, inquit, favum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo. De Eucharistia haec multi ex Patribus interpretantur, Nyssenus, Pfellus, Philo, Rupertus, & sanctus Ambrosius libro quinto de Sacrament. capite tertio, legens cum Lxx. panem, pro, favum: manducavi panem meum cum melle meo. Et panis, & vini meminit, quibus mysterium Sacramenti, & sacrificii constat, corpore videlicet, & sanguine Christi. Ut verò ostendat, hoc Sacramentum totum esse melleum, totum lacteum, panem cum melle, & vinum cum lacte miscet. Rabbi Salomon priora verba sic extulit: Comedi favum cum canna mellita, Hispani vocamus canna dulce, de qua Galenus de simpl. medica. faci. Saccar, ut vocant, quod ex India, atque felici Arabia corvehitur in calamis, concrefcit, & ipsum mellis est species. Quid

Quidquid de hoc sit, illud sit indubium, ab Eucharistico mysterio omnem divinae gratiae dulcedinem eliquari, & effluere ad delicias fidelium spirituales, imò & Christi ipsius, qui primus Eucharistiam suscepit nova quadam actuali spiritualis dulcedinis delectatione, etsi non gratiae augmento ullo; haec enim in illo, cum esset summa, augeri non potuit: augetur tamen magna cum dulcedine in iis, qui mellito hoc pane, & lacteo hoc vino vescuntur ea, qua par est devotione & puritate. Redè igitur proinde Ambrosius: Vides, inquit, quod in hoc pane nulla sit amaritudo, sed omnis suavitas? Quotiescumque enim bibis, remissionem accipis peccatorum, & inebriaris spiritu.

S. Ambr.

Os suscipiens Eucharistiam plenum dulcedine gratiae. Hugo Victor.

S. Bern.

Cant. 5. 16. Guttur Christi Eucharistia, quia gutturi fidelium dulcis.

C. Aquaviva.

Cant. 7. 9. Philo Carpat.

Eucharistia vitamellita.

illam nihil cogitare, amare, & desiderare debemus. Egregia accipe S. Cypriani verba in ser. de Cena Domini. Esus igitur carnis hujus quaedam aviditas est, & quoddam desiderium manendi in ipso, per quod sic imprimimus, & eliquamus in nobis dulcedinem charitatis, ut haereat palato nostro, & visceribus sapor dilectionis infusus penetrans, & imbuens omnes anima, corporisque recessus. Quid dici poterat luculentius? Preme & regusta.

unde tota desiderabilis. S. Cyp.

2194 **H**ujus caelestis epuli typus extitit notissimus Manna illud, quo refecti olim sunt Israelitae pergentes in terram promissam per desertum. Erat (ut Exodi 16. 31. dicitur) quasi si semen coriandri album, gustusque ejus quasi si similia cum melle. Hebraicè pro simile ponitur sapiebit, quod laganum significat frutum cum oleo, & melle delibutum. Ita Chaldaeus explicat: & nos vocamus fruta de sartem emelada. Parum hoc; majora sunt, quae de Eucharistia prophetice dicuntur à Salomone cum intuitu ad Manna. Sapient. 16. vers. 20. Angelorum esca nutritivisti populum tuum, & paratum panem de calo praestitisti eis, sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem. Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat. Multa hinc observatione dignissima. In primis, Angelorum esca appellatur. Graecè; ambrosii cibi genus: rum. esca admirabilis & divina. Ambrosiam verò melle novies majorem dulcedinem habere, testatur Ibycus, & Athenæus lib. decimo quinto. Existimabatur esse Deorum immortalium cibus immortalis & divinus. Unde Ovidius 1. de Ponto:

Eucharistia Manna dulcissimum. Exod. 16.

Sap. 16. 20.

Ambrosia esca Deorum.

Ovid.

Nectar & ambrosia latices, epulasque Deorum. Hinc verba Sapientiae veritas: Deorum esca: uti etiam locum Psal. 77. 25. Panis fortium, ducum, principum, Deorum, herorum. Tale omnino est epulum Eucharisticum: ambrosia, cui melle novies major dulcedo, dulcis praemelle & favo: cibus immortalis immortalis reddens, ac planè divinos; esca herorum, Deorum: à qua in homines profluit omnigena gratiae, & gloriae dulcedo.

Pf. 77. 25.

2195 **C**onditus è caelo panis sine labore; sine labore edentium, incredibili tamen Christi ipsius labore, usque ad sudorem sanguineum, usque ad totius sanguinis effusionem, usque ad crucis necem ignominiosissimam. De caelo sine labore. Dicas Hispanicè: Venia quiesado del cielo, y como se avia de comer, y poner en la mesa. Jam verò illa verba: Omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem, variè à variis vertuntur, & explicantur. Correcta Sixti Biblia vertunt: accommodatum ad omne gustum. Tigurina; omni voluptate pollentem, omnique accommodatum gustui. Sanè Manna inerat omnis saporis suavitas super mel & favum; etsi ejus sapor melli conferatur. Mellissimum plurimum donum, vocat Caesarius Arelatens. Hom. 7. Caesar. de Pascha. Et Salvianus 1. de Provid. Datum, inquit, per quadraginta annos astris quotidie famulantibus cibum, roxantes jugiter escis dulcibus polos. Quò spectant subjecta à Salomone verba: Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habebas, ostendebat. Quae haec Manna suavitatis & dulcedo, si cum Eucharistiae suavitatis & dulcedine componatur? Insuper cibus ille erit,

Manna mellis suum plurimum donum. Salvian.